Allegationibus. Quod non fecit euadendum vadium factum et facere nec of-
ficio, Nec clausula Neminem ad impossibilia teneri et obligari
se non offendendum poena trium marcarum et triplici poena va-
dium seu vadiorum praecaeta non euadendum. Pro quo quidem va-
dio seu vadiis praefatis ex quacunque causa et re succubitis
et succumbendis, quoties se praefata Anna Siemienska cum
successoribus suis eidem Joanni Ostrowski et eius successoribus
citari permiserit, toties recedendo a terris districtibus iudicibusque
suis iudiciis propriis foroque competendo, Coram Castrensi
Capitaneali Premisliensi Iudicio seu officio, cui se ad quod
sit celebitur, cactus pro iis respectu cum omnibus bonis
et successoribus subiicit in primo citationis termino tanquam pere-
mptorio stare, parere, respondere, ac pro praefato vadio se-
u vadiis a iudicio seu officio non recedendo, donec quoad
opus fuerit satisfacere tenebitur et successores tenebuntur.
Terminum ipsum primum tanquam peremptorium et alios subse-
quentes terminos, nulla re exempta, nec colore excogitato
usque eiusdem extracturo. Citra vel simplici inscriptionis
dictione pro maiori, literis quibusvis regalibus, in quacunque
sensum obtentis, Nec literis exstantium Conuentionibusque genera-
libus vel particularibus, statutis et constitutionibus quibus-
uis nouis vel antiquis laudatis et laudandis, de certa ma-
iestatis Regiae, Defectu inscriptionis praesentis, Nec recipien-
di sibi dilationem pro tracta prima Castrensi Premisliensi ad
ostendendam quietationem, mortificationemque inscriptionis praesentis
neque ad emittendum seu evictores documentaque quaevis litera-
lia et verbalia, Neque ad forum competens terrae pro
damno seu iniuria illata prius trahendo ac eandem iniuriam
per se vel submissas et non submissas personas illatam
corporali iuramento non euadendo, Appellationes cum motionibus
cunctisque per dilationes prorogandas a iudicio seu officio
nullas faciendo. Immo se successoresque abrenunciando, Non euadendo
ipsum Joannem Ostrowski et illius successores, bello, expeditione
bellica, aura pestifera, Incursu hostium cuiuscunque et
terra et dicto, minorennitate successorum, aetatem legitimam
non habendo, nec sibi dilationem ad annos discretionis recipien-
do, creationibus, praescriptionibus, suspensionibus, absentia in regno
omnibusque aliis legalibus impedimentis iuridicis et extra-
iuridicis, dilationibusque quaecunque humana industria adinveniri
et excogitari possint penitus se cum successoribus suis abrenun-
ciando. Praeterea se et suos successores abdicando, mala citatione

et intempestiua eiusque poena, Ignorantia citationis aut termini, mala
in lucro condemnatione, Malo processu iuris, ac eandem rescindere iuri pro-
cessumque iudiciariorum ignorantia et corporali iuramento non euadendo. Et
uel sibi penitus in auxilium seu praesentem inscriptionem assumendum. Quas sese
cunque summarum sub ammissione totius causae atque soluendi vadium dupli-
praestare cum successoribus suis erit astrictus. Quibus vadiis solutis
uel non, omnia et singula praemissa tam in totoque in minima parte faci-
endo complere et exequi praefata Anna Siemienska cum suis successoribus te-
nebitur. Sub aliis similibus vadiis suprascriptis taliter utique
missum est super ipsa Anna Siemienska successoribusque eius toties quo-
tiens opus fuerit exigendum. Nulla ad omnia praemissa supradicta prae-
scriptione terrae, diuturnitate et taciturnitate temporis, abusu in-
scriptionis praesentis obstante. Ad quae omnia et singula praemis-
sa in inscriptione praesenti contenta praefata Anna Siemienska coram
officio praesenti praesente etiam marito in toto priori recessioni consen-
sit, praesensque consentit et in se successores bonaque sua omnia
haereditaria et obligatoria mobilia et immobilia per ipsam quaelibet
et ubilibet in regno Poloniae habita et possessa onus praedictae inscri-
ptionis assumit, ac uti praemissum est a iure communi exempta,
statutisque et constitutionibus tunc recessit seque in ius privatum
cum successoribus bonisque suis omnibus subiicit inscriptionis et recognitionis
omnis praesentis rigori. Quod [illegible] firmatum est.

Fredro constituit tutores

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castren-
sibus Premisliensibus Generosus Andreas Fredro de Pleszowice in Chodnowi-
cze haeres a iure foro suis propriis quibusuis recedendo, huic vero
officii castrensis Premisliensis iurisdictioni se submittens bonaque sua quo-
ad actum praesentem incorporandum mente et corpore sanus existens, publice
expressumque recognouit. Quia puerorum suorum tam filiorum et filia-
rum nunc procreatorum et in post procreandorum, nec non bonorum suorum om-
nium haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium in quibuscunque
terris et districtibus regni Poloniae consistentium cuiuscunque iuri et iurisdi-
ctioni subiectorum, tum etiam summarum pecuniariarum inscriptarum et non
inscriptarum, generaliter universorum bonorum ad quoscunque spectantium et
nuncupatorum, quorum nunc est actualis possessor et quae super eum iure
quouis successionis deuoluta fuerint, Magnificum et Generosos Christopho-
rum Jaskowski de Mirow Castellanum Rauensem, Valentinum Orzechow-
ski Iudicem terrestrem, Victorinum Cowalski Vicecapitaneum Castren-
sem Premisliensem in veros atque legittimos tutores, defensores, guber-
natores et administratores facit constituit assignat ac ordinat
quoadusque ad annos discretionis filii natu minoris. Pawel et veneriden
for est ad annos discretionis

eisdem tutoribus omnimodam et plenariam potestatem et facultatem
pueros procreatos et procreandos ac bona omnia mobilia et immobi-
lia administrandi, gubernandi, disponendi, deffendendi, administran-
di et alia omnia quae tutores et defensores de iure facere possint
et valeant faciendi, filios et filias educandi, dotandi, in ma-
trimoniumque iuxta voluntatem suam locandi et tradendi. Ac eo qui-
dem ius tutoriae ab aliis suis quibusvis sanguine iunctis re-
movet et alienat. Nihilominus praefatus recognoscens cum suis
successoribus se obligat inscriptionem praesentem ex his actis ad acta terrestria
Premisliensia ad decursum omnis anni transportare similemque
vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere sub damnis tan-
tis quanta in eventu corporali taxatis. Pro quibus qui-
dem damnis terrestribus praefatus recognoscens cum suis successoribus
citatus extra a iure foro suis propriis quibusvis recedendo
coram castrensi capitaneali Premisliensi iudicio in primo
citationis termino stare parere iudicio ac pro praefatis damnis
terrestribus omnibus exceptionibus, contraversiis, praescri-
ptionibus, suspensionibus, motionibus, appellationibus varii-
sque prorogationibus, ad quietationem dilationem non petendo ac aliis omnibusque
iuris dilationibus iurisque remediis in partem invictis sa-
tisfacere cum suis successoribus tenebitur quotiens opus fuerit tene-
bitur. Nulla praescriptione terrestri in contrariis obstante.

Actum in castro Praemislien feria tertia ante festum Ascensionis Christi domini in coelum

18/V proxima. Anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo
quarto. Coram Generoso Victorino Kowalski vicecapitaneo officio
et actis

Ramulth cum Shebinski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus
Premisliensibus Generosus Joannes Ramulth de Wolicz et in Wargow-
cze haeres a terrestris dictibus iuribusque suis quibusvis propriis
foroque competenti recedendo suisque bonis et successoribus suis omnibusque
iurisdictioni praesenti castrensi Premisliensi quo ad actum effectumque
inscriptionis praesentis attinet [illegible] et [illegible] mente et cor-
pore sanus existens publice recognovit, quia
nobili Joanni Shebinski eiusque legittimis successoribus quadrin-
gentos et triginta florenos pecuniae numeratae monetae polonicae quemlibet
florenum triginta grossis computando certi veri et liquidi de-
biti bene mutuati [illegible] tenetur, pro quibus inscriptione se et
successores super universis bonis suis obligat et inscribit pro
festo Conversionis Sancti Pauli apostoli proximo et immediate
[illegible]

venturo solvere realiterque coram actis praesentibus castrensibus Premisliensibus
[illegible] et relinquere, ne iterum ab officio [illegible] decubere. In deffectu ve-
ro solutionis et repositionis summae praefatae pro tempore et loco superius ex-
pressis praefatus Joannes Ramulth tenebitur vel sui posteri tenebuntur
in tota et integra medietatem bonorum suorum haereditariorum in villis Wa-
rgowicze et Smalinka dare et admittere realem intromissionem et actualem
pacificamque possessionem per ministerium terrestrem quemcunque ad hoc per
officium praesens ad id deputandum sub vadio similis summae quadrin-
gentorum et triginta florenorum pecuniae numeratae. Per ipsum Joannem Shebinski et
illius successores bona praefata intromissione accepta ad festum Nativitatis
Christi proxime venturum et a praefato festo Nativitatis Christi proximo
ad unum annum in deffectu exemptionis ad aliud simile festum et sic de anno in an-
num annis se sequentibus cum omni iure dominio proprietate, ac cum om-
nibus et singulis fructibus proventibus, attinentiis utilitatibusque universis
tenendo habendo possidendo usque ad exemptionem summae
[illegible] pecunia plenaria coniunctim persolvendo. Tenebiturque praefatus Jo-
annes Ramulth ac se et successores suos super omnibus bonis suis ob-
ligat. Eundem Joannem Shebinski et illius successores in bonis praefatis
ab omni quavis iuridica et extraiuridica impetitione, omnibusque
damnis [illegible], violentiis, et [illegible] quarumlibet personarum
sexus utriusque. Nec non ab inscriptionibus prioribus et posterioribus,
arbitriis, [illegible] reformationibus, [illegible] factis vel fa-
ciendis, citationibus, [illegible], [illegible], [illegible] quibusvis
iuribus, privilegiis, poenis, damnis, vadiis [illegible], ac quibusvis
processibus iuris, positis ponendis, productis et producendis totiens
quotiens opus fuerit tueri deffendere, [illegible] liberare, bonaque prae-
fata [illegible] et libera facere sub simili vadio quadringentorum
et triginta florenorum pecuniae numeratae. Insuper etiam praefatus Joan-
nes Ramulth se et successores suos super omnibus bonis suis obli-
gat praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria Premisliensia
ad decursum omnis anni transferre transportare similemque vel me-
liorem recognitionem facere prout praefato Joanni Shebinski et illius
successoribus melius visum fuerit sub eodem vadio quadringento-
rum et triginta florenorum pecuniae monetae polonicae. Pro quo quidem vadio
seu vadiis praefatus recognoscens cum suis successoribus ad [illegible] Jo-
annis Shebinski vel illius successoribus citatus, extra a iure suo [illegible]
foro suo quavis competenti recedendo coram castrensi capita-
neali Premisliensi officio cui se actus praesentis respectu cum omnibus bo-
nis et successoribus suis subiicit in primo citationis termino tanquam
peremptorio stare parere iudicio ac pro praefato vadio seu va-
diis ab officio eodem recedendo sub alio simili vadio totiens quotiens
opus fuerit satisfacere tenebitur vel sui posteri tenebuntur. Nul-